

# The Electronic Manipulus florum

## www.manipulusflorum.com

### Prelacio ck cum fonte primo

Quidam ante dignitatis adepctionem satis commendabiles exstiterunt, sed super candelabrum ecclesie constituti, lucem in tenebras et famam in infamiam conuerterunt.

Melius plerisque fuisse adhuc latere sub modio

quam cum infamia candelabrum ascensisse. Adhuc enim turpitudo eorum sub paupertatis obscuero lateret nisi eam dignitas diuulgasset. Creuit honor et cum honore infamia.

Priuato peccanti sepe parcitur, sed si prelatus deliquerit, in eius infamiam lingue omnium acuuntur.

Petrus Rauennensis in quodam sermone.

Quidam ante dignitatis adeptionem satis commendabilem exstiterunt; sed super candelabrum Ecclesiae constituti, lucem in tenebras, et famam in infamiam converterunt.

Vulgariter dicitur quod honores mutant mores; sed raro in meliores.

Melius plerisque fuisse adhuc latere sub modio,  
et sub umbra honestae opinionis,  
quam cum infamia candelabrum  
ascensisse. Adhuc turpitudo eorum  
sub paupertatis obscuero lateret, nisi eam  
dignitas divulgasset. Crevit honor, et  
cum honore infamia;  
nam juxta satyricum:

Omne animi vitium tanto conspectius in se

Crimen habet, quanto qui peccat major habetur.

Privato peccanti saepe parcitur; sed si  
praelatus deliquerit, in ejus infamiam  
linguae omnium acuuntur.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 15 (PL 207, col.54B-C).